



## **Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen**

...

... Tomus Divinus und fürnehmlich das Evcharistiale, Das ist: Lehrreiche Predigen Auff verschiedene hohe Fest deß Drey Einigen Gottes/ und Jesu Christi unsers Herrn ...

**Barcia y Zambrana, José de**

**Augsburg, 1720**

Ponuntur hic aliquæ Plantæ ex variis authoribus collectæ, eo fine, ut alij ex illis supet sacratissimo, Evcharistiæ Sacramento formari valeant Sermones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76523](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76523)





Ponuntur hîc aliquæ plantæ, ex variis  
authoribus collectæ, eo fine, ut alij ex illis super  
Sacratissimo Evcharistiæ Sacramento formari  
valeant Sermones.

NOTA INTERPRETIS.

Barzia hîc post suos de SS. Evcharistia sermones sexaginta Plantas, ut ipse vocat, adjicit, in quibus plerumque ex authore aliquo adducit sententiam in tres partes divisam. Qui proin ad modum ipsius Barziæ inde formore conciones volet, Exordium de suo sumet; primo verò paragrapho thematis ex authore desumpti divisionem adstruet, & per alios tres paragraphos tanquam proprias sermonis partes eandem divisionem per membra singula deducet. Sin verò thematis divisionem statim in ingressu aggredi volet, reliquas partes per de cursum tractabit. Et, ni fallor, poterit, qui volet, plerosque Barziæ sermones utiliter à primo §. exordiri, resecta salutatione, quæ plerumque in festis ferè in ingeniosa circumstantiarum occurrentium combinatione est. Jam ad Plantas, quas latinè reddo.

SERMO I.

Guidm. lib.  
2.

Guidmundus lib. 2. Divinum Evcharistiæ Sacramentum Itidem, seu arcum cælestem appellat, nempe: *Signum fœderis inter nos ac Deum.* S. Joannes autem in Apocalypsi vidit Angelum: *Amictum nube, & iri in capite ejus.* Poterunt proin in iride, seu arcu hoc pacis considerari tres colores, albus, viridis, & ruber, & porrò.

§. I.

*In albo colore misericordia JESU, qua nos complectitur.*

§. II.

*In viridi, spes, quæ nos confirmat in ejus bonitate.*

§. III.

*In rubro justitia, quæ nostræ ingratitude ultimam minatur.*

SERMO II.

Cant. 2,

Canticorum 2. ait sponsa: *Ecce iste venit.* Quæritur, quomodo venit in ineffabili hoc Sacramento Christus Dominus noster? Respondet ad hanc quæstionem Joannes Mauburnus in rosæto

suo tit. 6. Alphab. 20. cap. 7. & ait: Mauburn.  
tit. 6. Al-  
phab. 20.  
cap. 7.

*Venit sapienter, potenter, clementer.*

§. I.

*Sapienter occultatione majestatis sub speciebus Sacramentalibus.*

§. II.

*Potenter cum gloria divinitatis.*

§. III.

*Clementer cum dignatione pietatis.*

SERMO III.

Christus Dominus in canticis se nominat: *Lilium convallium.* Non autem montium. Quare autem? Respondet citatus Mauburnus:

§. I.

*Venit de monte excellentia in vallem humilitatis.* Mauburn. ib.

§. II.

*De monte potentia in vallem infirmitatis.*

§. III.

*De monte gloria in vallem exiguitatis.*

SERMO IV.

In divinissimo hoc Sacramento Christus Dominus noster pabulum est, &

Joan. 10,

&



& Pastor. Est autem, ut idem Mauburnus ait:

§. I.

*Pastor oves ducens.*

§. II.

*Pastor oves reficiens.*

§. III.

*Pastor oves tuens.*

### SERMO V.

Priusquam Redemptor noster mirabilissimum hoc Sacramentum instituit, Dominum se appellavit: *Ego Dominus*. An id fortè propter maximam suam majestatem? an ob infinitam potentiam? an, quia ut servi ad eum venire debemus? latent alia, in hoc verbo, inquit Mauburnus; est enim:

§. I.

*Dominus quasi dans minas tepentibus.*

§. II.

*Dominus quasi dans manus proficientibus.*

§. III.

*Dominus quasi dans munus perfectis.*

### SERMO VI.

*Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.* Apoc. 19. Nuptiæ istæ sunt in incomprehensibili hoc altaris mysterio, ait S. Laurentius Justinianus: *Quatenus sint duo in uno spiritu.* Mauburnus verò per membra id edisserens: *Ipse est enim, inquit, JESUS Sponsus spiritualis connubij, quod:*

§. I.

*Contrahitur in baptismali innocentia.*

§. II.

*Ratificatur in virtualis operis efficacia.*

§. III.

*Consummatur in finali perseverantia.*

### SERMO VII.

Ut divinum hunc panem petamus orando, ipsemet Dominus nos erudit, & dicere jussit: *Pater noster*. Idque non eâ duntaxat de causa, quia *Pater dicitur à pascendo*, sed etiam, ut spiritu, & affectu filiali ad eum accedamus. Est autem teste Mauburno *Pater*.

§. I.

*A quo formati per verbum increatum.*

§. II.

*A quo reformati per verbum Incarnatum.*

§. III.

*A quo educati per verbum inspiratum.*

*Bæxia Evcharistiale.*

### SERMO VIII.

Est Dominus noster JESUS Christus sol, ut Malachias asserit. *Orietur vobis sol justitiæ.* Atqui sol iste novâ semper præsentia oritur in hoc Sacramento. Unde S. Augustinus: *A Sacerdotum manibus, inquit, velut à virgineo utero Christus prodiit.* Est namque, sol ut Mauburnus tradit.

§. I.

*Tenebrositatem mentis illustrans.*

§. II.

*Frigiditatem mentis accendens.*

§. III.

*Sterilitatem mentis fecundans.*

### SERMO IX.

Suadet sapientissimus Ecclesiasticus homini, ne impediat medicum in adhibenda medicina: *Da locum medico.* Ita & Servatori nostro dandus est locus, dum ad nos venit in sacratissimo Evcharistiæ Sacramento; nempe, ut Mauburnus ait:

§. I.

*Ut vulnera anima oleo misericordia lavet.*

§. II.

*Ut electuarium confortativum donet.*

§. III.

*Ut unguentum repressivum adhibeat.*

### SERMO X.

Divinum hoc Sacramentum instituturus non solum Dominum se appellavit, sed & Magistrum Christus mundi Redemptor. *Ego, inquit, Dominus, & Magister.* Est quippe verè animarum Magister, & Doctor in altari, teste Mauburno. *Ut scilicet*

§. I.

*Doceat veritatis scientiam.*

§. II.

*Ut doceat devotionis sapientiam.*

§. III.

*Ut doceat beatitudinis eminentiam.*

### SERMO XI.

Dominus noster nobis per vitæ hujus itinera peregrinantibus perinde atque discipulis Emauntem pergentibus assistit, sub accidentium Sacramentalium peregrina specie velatus. *Ibat cum illis. Nam inde habet anima, ut* Mauburnus ait.

§. I.

*Via allevationem.*

B b b b

Mauburnus  
§. II. *ibid.*, c. 11

Mauburnus  
ubi supra  
cap. 9.

Joan. 13.

Mauburnus  
ib. Vide qua-  
drag. Ier.  
41. a. n. 19.

Apoc. 9.

Laur. Just.  
ser. de Ev-  
char. n. 14.  
Mauburnus.

Matth. 6.  
Cornu.  
Com. Perf.

Mauburnus  
ubi supra

Malach. 4.

Aug. li. de  
Ispirit. c. 14.  
Pascha. li.  
de Evchar.  
cap. 11.  
Chryl. ho.  
22. ad po-  
pul. Maub.  
ubi supra  
cap. 10.

Eccl. 38.

Mauburnus  
ubi supra.

Joan. 13.

Mauburnus  
ubi supra.

Luc. 24.



## §. I.

*Laboris Cooperationem.*

## §. III.

*Insidiarum repressionem.*

## S E R M O XII.

Esther. 1. Divinus noster Afluens Christus Dominus, *fecit grande convivium, ut ostenderet divitias gloriæ regni sui.* Atque sanè, ut iterum Mauburnus ait, *ostendit.*

Maubur. ib.

## §. I.

*Dignitatis altitudinem.*

## §. II.

*Divitiarum magnitudinem.*

## §. III.

*Decoris pulchritudinem.*

## S E R M O XIII.

Chryl. ho. 83. in Marth. Deutern. 4. Maubur. ib. Ignem appellavit Constantinopolitanus Archiepiscopus Chrylostomus hoc divini amoris Sacramentum: *Os, quod igne spirituali repletur.* Imò ipse Dominus ignem se dicit: *Ignis consumens.* Atque est revera, teste Mauburno, *ignis.*

## §. I.

*Vitiorum rubiginem consumens.*

## §. II.

*Mentis vetustatem renovans.*

## §. III.

*Torpentem affectum inflammandum.*

## S E R M O XIV.

Osc. 23. Promittit Dominus animæ humanæ per Oseam Prophetam, quod velit eam in sponsam accipere: *Sponsabo te mihi.* Hanc autem promissionem suam jam opère complet in Eucharistiæ Sacramento, idque maxime tribus modis, ut ait Mauburnus.

Maubur. ib.

## §. I.

*Subarrhandò animam beneficiorum dote;*

## §. II.

*Copulandò amoris dulcedine.*

## §. III.

*Facundandò virtutum prole.*

## S E R M O XV.

Joan. 6. Christus Redemptor noster, & Dominus vitam addidit dignè recipienti se: *Qui manducat me, vivet propter me.* Quanam autem est vitâ victurus? multiplici sanè. Quando Deus creavit

hominem; *inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Ubi purpuratus Cajetanus legit: *Spiritum vitarum.* Et quales denique vitas?

Genes. 2.

Cajet. ibi.

## §. I.

*Perficit sacratissima Dei majestatis vitam rationalem.*

## §. II.

*Elevat panis Angelicus, ad vitam Angelicam.*

## §. III.

*Et transformat animam in vitam divinam.*

## S E R M O XVI.

Dei Filius Servator noster in mensa hac panem vivum se esse allèverat: *Ego sum panis vitæ.* Ut nempe intel- ligamus, quales habeat in dignè recipientibus effectus. Unde S. Albertus Magnus ita dividens: *Sicut panis tria facit, inquit, confortat, satiat, & vitam conservat, sic panis Sacramentalis:*

Joan. 6.

Alb. Magi.

ser. 9. de

Evehar.

D. Thom.

opusc. 18.

cap. 9.

## §. I.

*Animam fidelem confortat ad peccatum devincendum.*

## §. II.

*Satiat ad fastidium mundi faciendum.*

## §. III.

*In vita conservat ad Deum semper laudandum.*

## S E R M O XVII.

Inperscrutabile SS. Eucharistiæ Sacramentum verus cibus est juxta verba Christi: *Verè est cibus.* Et Angelicus quidem Doctor cibum medicinale eum vocat: *Hoc est, inquit, corpus suum, quod pie recipientium.*

Joan. 6.

D. Thom.

opusc. 18.

c. 6. & 26.

Alb. Magi.

ser. 6 & 26;

de Evehar.

## §. I.

*Ignorantia tenebras illuminat.*

## §. II.

*Morbum præva concupiscentia sanat.*

## §. III.

*Et mortem destruendo triumphat.*

## S E R M O XVIII.

Dicit DEUS per Prophetam suum Oseam: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Quod vaticinium jam in admirabili Eucharistiæ Sacramento implet amore suo, qui trahit, ut magnes, teste Augustino: *Magnes amoris amor.* Itaque Corpus Christi magnes cordium est; habet quippe magnetis virtutes.

Of. 11.

Aug. li. 1.

civit. c. 21.

Berchot. li.

11. redud.

cap. 94.

Plin. li. 36.

cap. 6.

Celsus de

Mineral. li.

4. p. 136. 41

## §. I.



## §. I.

Circulus ex magnete confectus suspendit in aëre ferrum ita & rediens sapius Communio elevat cor.

## §. II.

Magnes igni impositus ruinam domus prodit : ita & fervens Communio mundi labentis ruinam aperit.

## §. III.

Magnes in pulverem redactus, & vulnere impositus extrahit, siquid intus est ferri, ita & Communio malos habitus extrahit.

## S E R M O XIX.

Ineffabile Eucharistiæ Sacramentum verus etiam potus est, Domino dicente : *Sanguis meus verè est potus.* Sed cur potus sub specie vini potius, quam alterius liquoris ? Idcirco, ait Raulinus, ut salutare effectus indicarentur. Nam :

## §. I.

*Vinum laesificat.*

## §. II.

*Vinum calefacit.*

## §. III.

*Vinum inebriat.* Quam in rem etiam David vaticinatus : *Calix meus, inquit, inebrians quàm præclarus est.*

## S E R M O XX.

Christus Servator noster ob tres fines, & contra tria hominis mala divinisimum altaris Sacramentum instituit. Ait quippe S. Albertus Magnus : *Causa institutionis est triplex, contra tria vetera mala scilicet.*

## §. I.

*Memoria Salvatoris contra oblivionem Dei.*

## §. II.

*Sacrificium altaris contra debitum rapinae aliena.*

## §. III.

*Cibus hominis contra corruptionem pomi mortiferi.*

## S E R M O XXI.

In summo hoc beneficio, teste Divo Thoma, maximè attendenda, considerandaque est Dei Filij liberalitas : nempe,

## §. I.

*Quantum ad magnificentiam doni.*

## §. II.

*Quantum ad nobilitatem dantis.*

## §. III.

*Quantum ad utilitatem accipientis.*  
*Barzaiâ Eucharistiâ.*

## S E R M O XXII.

Ad illuminandum veteris testamenti tabernaculum constitutum est candelabrum cum septem lucernis : ita Christus Dominus in altari, ubi ipse dicit : *Ego sum lux mundi.* Ecclesiam suam, Joan. 8. imò & animam recipientem se illuminat :

## §. I.

Contra superbiam sua humilitate,

## §. II.

Contra avaritiam sua paupertate &c. de his vide Theophilum Raynaudam latius disputantem.

## S E R M O XXIII.

Videmus modò obscurè in ænigmatè, & speculo quasi, dicente Apostolo : *Videmus nunc per speculum in ænigmatè.* Quod Albertus Magnus ita exponit : *Per speculum rationis in ænigmatè, id est, in figura panis.* Et paulò post : *In Sacramento Christi, quis speculum dicitur.* Ita & in sapientiæ libro legitur : *Speculum est sine macula.* Nempe Christus tale fuit, teste Holcot. estque hodie.

## §. I.

*Speculum planum.*

## §. II.

*Speculum concavum.*

## §. III.

*Speculum convexum.*

Planum in doctrina; concavum in humilitate; convexum in amore, quo hominum corda incendit.

## S E R M O XXIV.

Non erravit Beata Magdalena, quando Dominum hortulanum esse credit : *Existimans, quia hortulanus esset.* Edicit enim Divus Gregorius Magnus : *Joan. 20. Greg. ho. 5, in Evangel. Orig. hom. ult. in divers. Sever. in cat. græc. Isai. 55,* *An non ei Hortulanus erat, qui in ejus petore per amoris sui semina virtutum virtutia plantabat ?* Et profectò Hortulani in morem hodie dum : Nam,

## §. I.

*Plantat virtutes.*

## §. II.

*Resecat vitia.*

## §. III.

*Vitam gratia rigat, & conservat.*

## S E R M O XXV.

Invitat Propheta Isaias ad aquas, lac, & vinum, utpote quæ sunt Dei bellaria. *Venite ad aquas : emite vinum, & lac.*

Bbb b 2

Joan. 6.

Raulin. ser. 7. de Spir. S.

Psal. 82.

Alb. Magn. ser. 1, de Eucharist. D. Thom. opusc. 58. c. 3.

D. Thom. opusc. 58. cap. 5. Alb. Magn. ser. 5. de Eucharist. vide quadrag. ser. 45. a. n. 6.

Exod. 25.

Joan. 8.

Theophil. Rayn. to. 6. de Euchar. in principio Beatus Domin. quinq.

1. Cor. 13. Alb. Magn. ser. 8. & 13. Euchar. D. Thom. opusc. 58. c. 8. & 13. Vine. Ferr. ser. 1. corp. Sap. 7. Holcot. ibi. lect. 101. Enylgra. Dom. 2. post Pentec.

Joan. 20. Greg. ho. 5, in Evangel. Orig. hom. ult. in divers. Sever. in cat. græc. Isai. 55,



lac. Sed simul emere eos jubet. *Venite, emite.* Qua verò pecuniâ? quibus nummis? respondet S. Petrus Chrysologus, & *Christus*, inquit, *est plenum Deitatis nummifera.* Ut proin in altaris mensa profter talis moneta:

Chrysolog.  
ser. 169  
Lorin in  
Pfal. 110.

## §. I.

Qua emi possit animi dulcedo.

## §. II.

Qua augeri possit meritorum cumulus.

## §. III.

Et obtineri possit gloriæ thesaurus.

## S E R M O XXVI.

Tria prostrant divinissimi convivij symbola, in tritico, melle, & oleo, & in his significatur illius effectus. Habuitque, teste S. Alberto Magno, Manna tres illos sapes: *Et habet*, inquit porrò Ratisponensis Præsul, *corpus Christi triplicem effectum: operatur enim.*

Exod. 16,  
Num. 11,  
Ezech. 16.

Alb. Magn.  
ser. 26, de  
Evchar.  
D. Thom.  
op. 58,  
cap. 26,

## §. I.

*Morum honestatem.*

## §. II.

*Cordis suavitatem.*

## §. III.

*Proximi pietatem. 1. in frumento. 2. in melle. 3. in oleo.*

## S E R M O XXVII.

Deus dulcedinem suam in sanctiss. hoc mysterio abscondit, teste Davide. *Quam magna multitudo dulcedinis tue, quam abscondisti.* Unde Divus scholarum Angelus ita argumentatur, & infert. Christus Dominus per absconditam illam suam dulcedinem.

Pfal. 30.

## §. I.

*Falsam mundi dulcedinem facit inspidam.*

## §. II.

*Grandem amaritudinem facit dulcem.*

## §. III.

*Tristem imaginem reddit jucundam.*

## S E R M O XXVIII.

Rigat Christus Dominus sanguine suo corda nostra, ut ait sapiens. *Rigabo hortum plantationum.* Nimirum ut triplicem fructum afferat, prout S. Albertus Magnus asserit, *scilicet.*

Ecccl. 24.

Alb. Magn.  
ser. 32, de  
Evchar.  
D. Thom.  
opusc. 58,  
cap. 32.

## §. I.

*Honestæ conversationis.*

## §. II.

*Sacræ devotionis.*

## §. III.

*Et jucunde pietatis.*

*De primo pascit homo se ipsum, de secundo Deum, de tertio proximum.*

## S E R M O XXIX.

Anima Christi cruore irrigata hortus est bene rigatus, uti testatur Jeremias: *Anima eorum quasi hortus irriguus.* Ubi Divus Thomas ita commentatur: *Irrigata enim anima Christi sanguine profert.*

Jerem. 31.  
D. Thom.  
opusc. 58,  
cap. 31.  
Alb. Magn.  
ser. 31,  
de Evchar.

## §. I.

*Flores virtutum.*

## §. II.

*Frondes verborum.*

## §. III.

*Fructus operum.*

## S E R M O XXX.

Christus Dei Filius Dominus noster in Evcharistiæ Sacramento nobiscum manet, uti caput cum membris: idque teste Joanne Mauburno.

1. Cor. 11,  
v. 3,  
Ephes. 5,  
v. 23,  
Mauburn.  
tit. 6, Al-  
phab. 11,  
cap. 6,

## §. I.

*Ut influat vitam gratia.*

## §. II.

*Ut influat sensum intelligentia.*

## §. III.

*Ut influat motum bona operationis. O influxum! O unionem! O conjunctionem desiderabilem cum capite tali!*

## S E R M O XXXI.

Vocat JESUS homines, ut se recipiant *accipite & comedite.* At verò ut utilis sit, & proficua animæ ejus in sacra Communione receptio, monente Mauburno, oportet esse.

1. Cor. 11,  
Mauburn.  
ibid. c. 11,

## §. I.

*Humilem, & reverentialem.*

## §. II.

*Devotam, & effectualem.*

## §. III.

*Cautam, & sapientialem.*

## S E R M O XXXII.

Magna enimvero requiritur in accedente ad altare consideratio. *Ut recogites in corde tuo.* Tria autem potissimum consideranda proponit Mauburnus.

Deuter. 8.

Mauburn.  
ibid. cap. 1,

## §. I.



§. I.

Attendat, quid debeat agere.

§. II.

Attendat, qua cum debeant allicere.

§. III.

Attendat, quomodo oporteat accedere.

S E R M O XXXIII.

Ut ritè præparemini ad sacram synaxin: *Expurgate*, inquit Apostolus, *vetus fermentum*. In tribus autem præcipue expurgandus animus, ait iterum Mauburnus:

§. I.

*Se purget à vitiis, & peccatis per partes penitentiales.*

§. II.

*A cordis impuritibus per cordis exercitationes.*

§. III.

*A peccatorum reliquiis per Sanctorum invocationes.*

S E R M O XXXIV.

Cordis impuritas, per quam pleni sacratissimæ Communionis effectus præpediuntur, auctore Mauburno in tribus confitit.: si est.

§. I.

*Amans scilicet non amanda.*

§. II.

*Non amans amanda.*

§. III.

*Vigore charitatis deficiente. Expurgate per timorem, per spem, per charitatem.*

S E R M O XXXV.

Adornet Christianus homo cor suum, ut Christum Dominum nostrum competenter recipiat. *Ornaverunt lampades suas*. Atqui, consule Mauburno, fiet exornatio.

§. I.

*Virium intellectualium per sancta meditamina.*

§. II.

*Virium affectualium per devota suspiria.*

§. III.

*Virium sensualium per disciplina observamina.*

S E R M O XXXVI.

Attendatur, qualis debeat esse ad communionem preparatio: *Præparate corda vestra*. Qua in re Mau-

burnus ita docet: *Est cor præparandum.* Mauburn. ibid.

§. I.

*Instar Domus ad dignè hospitem recipiendum.*

§. II.

*Instar sponsæ ad sponso suo placendum.*

§. III.

*Instar cibi ad delectabiliter vescendum.*

S E R M O XXXVII.

Consideratio sedula incendit mentem ad Communionem, uti testatur regius Psaltes: *In meditatione mea*, inquit Mauburnus, *inflammabit, si consideret.* Mauburn. ibid, cap. 6.

§. I.

*Dei altitudinem.*

§. II.

*Indignitatem sui.*

§. III.

*Indigna sumptionis pericula.*

S E R M O XXXVIII.

Ante communionem bene ponderanda est propria vilitas, ut inde paratior accedas, dicatque anima tua cum flente Jeremia: *Quoniam facta sum vilis*. Suadetque hoc Mauburnus: *Consideret inquit, sui vilitatem; est enim vilis.* Thren. 17. Mauburn. ibidem.

§. I.

*Ex natura condita.*

§. II.

*Vilior ex miseria contracta.*

§. III.

*Vilissima ex culpa admissa.*

S E R M O XXXIX.

Anima bene præparata potest cum fiducia accedere. Ita namque S. David monet: *Accedite ad eum*. Atque Mauburnus: *Est confidenter accedendum.* Psal. 33. Mauburn. ibid.

§. I.

*Propter innatam sibi bonitatem.*

§. II.

*Propter promissionis veritatem.*

§. III.

*Propter exhibitionis pietatem.*

S E R M O XL.

Monet Propheta Amos. 4. cap. *Præparare in occursum Dei sui.* Cæterum, Bbbb 3 rum,

1. Cor. 5,

Mauburn. ibi supra,

Mauburn. ibidem. 1. Cor. 5.

Matth. 25, Mauburn. ibid. c. 5,

1. Reg. 7,



Amos 4.  
Mauburn.  
ibid. cap. 7.

rùm, ut vult Mauburnus, *accedendum est.*

## §. I.

*Ut reus ad misericordem Judicem.*

## §. II.

*Sicut infirmus occurrit medico.*

## §. III.

*Ut oppressus debitis suo liberalissimo creditori.*

## S E R M O X L I.

Matth. 25,  
Mauburn. ib.

Matth. 25. dicitur: *Ecce sponsus venit, exite obviam ei.* In quo occurrit Mauburnus iterum sic distinguit: *Occurrendum est, inquit.*

## §. I.

*Ut mendicus, & pauper largissimo datori.*

## §. II.

*Ut servus occurrit Domino, cupiens reconciliari.*

## §. III.

*Ut sponsa sponso dulcissimo.*

## S E R M O X L I I.

Matth. 25,  
Mauburn. ibi. cap. 8.

Matth. 25. habetur: *Quae paratae erant, intraverunt cum eo.* In quam sententiam Mauburnus: *Hoc.*

## §. I.

*Per Sacramentalem purgationem, scilicet confitendo.*

## §. II.

*Per DEI, & Sanctorum implorationem, scilicet orando.*

## §. III.

*Per intentionis discussionem, scilicet meditando.*

## S E R M O X L I I I.

Hebr. 4,  
Mauburn. ib.

Apostolus ad Hebræos scribens: *Accedamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiae.* Atque ibi monente Mauburno: *Imploranda est.*

## §. I.

*Patris potentia, ut mentem roboret.*

## §. II.

*Filij sapientia, ut intellectum illuminet.*

## §. III.

*Spiritus S. Bonitas, ut affectum incendat.*

## S E R M O X L I V.

Hebr. 11,  
Mauburn. ib.

Divus Paulus ad Hebræos, *accedentem, inquit, oportet credere.* Id est, debet fidem actu exercere, uti habet Mauburnus:

## §. I.

*Quoad divinitatem, illam magnifice confitendo.*

## §. II.

*Quoad humanitatem, illam per totum decursum commemorando.*

## §. III.

*Quoad Sacramenti hujus veritatem, illam vere confitendo.*

## S E R M O X L V.

Debemus Christo JESU Domino nostro timorem, honorem, & amorem. *Ubi est honor meus?* Atque omnino, ait Mauburnus DEO Evcharistico debetur. Malach. 1,  
Mauburn. ibid. cap. 1,

## §. I.

*Timor, ex consideratione omnipotentia, & justitia,*

## §. II.

*Honor, ex consideratione majestatis, & sapientia.*

## §. III.

*Amor, ex consideratione bonitatis & clementia.*

## S E R M O X L V I.

Propheta Regius hortatur Psal. 94. *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* Mauburnus dividit, & Psal. 94,  
Mauburn. ib.

## §. I.

*Ut Filij, inquit, coram Patre.*

## §. II.

*Ut servi coram Domino.*

## §. III.

*Ut rei coram iudice.*

## S E R M O X L V I I.

Isaïæ 26. legitur: *Anima mea desideravit te in nocte.* Ratio hujus desiderij, teste Mauburno, est. Isaï. 26,  
Mauburn. ubi notat. cap. 10.

## §. I.

*Quia Domini presentia aufertur omnis miseria.*

## §. II.

*Datur omnis boni copia.*

## §. III.

*Habetur summè desiderabilis potentia.*

## S E R M O X L V I I I.

Psalmo 89. dicit David: *Convertimini Filij hominum.* Nempe sicuti panis in Missa convertitur. Unde S. Thomas Aquinas admirandus dixit: Psal. 89,  
D Thom. opusc. 187 c. 12.

*Cum*



## S E R M O LI.

Alb. Magn. ser. 11, & 12 de Evchar.  
 Jerem. 5,  
 Marti. 4,  
 D. Thom. ib. cap. 15;

Cum creatura inanimata; scilicet panis mutatur in melius, scilicet in corpus Christi virtute Verbi Dei: mirum est, quod peccator homo non multis verbis, nec beneficiis; nec comminatione, nec promissione converti potest de mala vita in bonam. Enimvero lapidescit homo totus quantus: & lapides in deserto minimè convertit Christus Dominus. Sit ergo panis; & Dominus immutabit eum: Triticum triplici industria convertitur, uti observat Doctor Angelicus: Nam.

§. I.

Contrita est durities ejus per molam.

§. II.

A fursure sunt mundata.

§. III.

Commixta est farina. Sic peccator per cordis contritionem, per oris confessionem, &amp; per proximi dilectionem.

## S E R M O XLIX.

Joan. 12;  
 Franc. Salef. Pract. amor. li. 7, c. 14;  
 Cæsius de mineral. li. 4, p. 1, c. 6;

Joannis 12. dicit Servator: *Omnia traham ad me ipsum.* Certè ut Magnes in Altari: At Magnetis virtus sistitur, ubi docet S. Franciscus Salesius:

§. I.

Per nimiam distantiam, id est, peccatum mortale.

§. II.

Adamante in mediò posito, id est, avaritiâ &amp; duritiâ.

§. III.

Si ferrum intinctum est, id est, deliciis mundanis.

§. IV.

Si allijs fuerit corruptus, id est, malo exemplo.

§. V.

Si ferrum nimium fuerit ponderosum, id est, superbiâ.

## S E R M O L.

Aug. li. 7i  
 coufess.  
 c. 10,  
 Catech.  
 Rom. 1, p.  
 num. 62;  
 Concil.  
 Trid. sess.  
 21, cap. 4;  
 Belar. 1. p.  
 doct. cap. 3;  
 de Evchar.  
 n. 12

Dixit Dominus ad S. Augustinum: *Cibus sum grandium.* Et Ecclesia cibum hunc minimè dat infantibus. Quare autem? Joannes Bellarinus has affert rationes:

§. I.

Quia nesciunt discernere.

§. II.

Quia nesciunt se preparare.

§. III.

Quia nesciunt comedere. Nolite pueri effici.

Lucæ 11. ait unus aliquis: *Amice, commoda mihi tres panes.* Ita nimirum unus amicus (homo scilicet) pro alio (propriâ nempe necessitate) tres panes. Tres pro uno? planè petit nimium. Nequaquam, ait S. Bernardus nam fuerunt tres, amicus, ejus uxor, & servus, id est, intellectus, voluntas; & corpus. Quare dicit: *Commoda mihi tres panes.*

§. I.

Ut intelligam.

§. II.

Ut diligam.

§. III.

Ut faciam voluntatem.

## S E R M O LII.

Matthæus cap. 27. de Jesepho ab Arimathæa testatur: *Involvitur in syndone munda.* Ubi glossa ita habet: *Syndone munda JESUM involvit, qui pura mente eum suscipit.* Itaque ut linteum aptum sit, & mundum; ait S. Albertus Magnus;

§. I.

Lavatur.

§. II.

Torquetur.

§. III.

Excitatur. Sic qui ad suscipiendum Dominum mundus vult fieri. 1. debet per aquam lacrymarum lavari. 2. Per operâ penitentia torqueri. 3. Per fervorem amoris Dei à carnalium desideriorum humore sicari.

## S E R M O LIII.

i. ad Corinthios ii. scribit Tarsensis Doctor: *Probet seipsum homo; & sic de pane illo edat.* Cardinalis Vitriacus ad hæc annotat. *Oportet, quod homo seipsum probet, & judicet. Habeat:*

§. I.

Compunctionem in corde.

§. II.

Rugitum in pectore.

§. III.

Singultum in guttore.

§. IV.

Fletum in oculo.

§. V.

Confessionem in ore.

§. VI.

Satisfactionem in opere.

SER-



## S E R M O LIV.

Lucæ 19. ait Dominus ad Zachæum :  
*In domo tua oportet me manere.* Ut Christus Dominus competenter hospitio excipiat, requiritur.

## §. I.

Ut sis ipse intus domi tuæ per meditationem.

## §. II.

Ne dormites per vigilantiam.

## §. III.

Ut hospiti cedas principem locum per amorem.

## §. IV.

Ut te ipsum colloques loco infimo, per humilitatem.

## S E R M O LV.

Joannis 1. dicitur : *Ecce Agnus Dei.* Agnus autem veteris testamenti hujus Sacramenti umbra quædam fuit. De hoc autem potest quæri.

## §. I.

Quando fuit comestus ? *Nocte.*

## §. II.

Et quomodo coctus ? *Affus.*

## §. III.

Quid de eo fuit comestum ? *Caput cum intestinis.*

D. Thom. opusc. 58. cap. 16. Alb. Magn. ser. 16. de Evchar.  
 At Divo Thomæ non pro fide est, assatio pro consideratione caput &c. pro amore JESU Christi Dei, & hominis.

## S E R M O LVI.

Exod. 12. tria consideranda proponuntur in cœna agni legalis, qui fuit divinissimi Sacramenti nostri figura. Nam comedebatur.

## §. I.

Cum lactucis agrestibus amaris.

## §. II.

Cum pane azymo.

## §. III.

Cum sanguine in limine asperso.

Alb. Magn. ser. 26. cit. D. Thom. ibidem.  
 Hæc autem Divus Albertus Magnus ita explicat : *Lactuca agrestes significant dolorem de peccatis. Panes azymi intentionem puram in operibus bonis. Sanguis agni memoriam, & imitationem dominicæ passionis.*

## S E R M O LVII.

Exod. 12. Præterea Exod. 12. Israelitæ agnum paschalem edere jussi, præcipiente

Domino, tribus rebus instructi accedunt : Cingulo, calceamentis, & baculo. In quem locum ita discribit Divus Thomas :

D. Thom. ibid. Alb. Magn. ibid.

## §. I.

*Designavit carnis, & mentis continentiam.*

## §. II.

*Exemplorum Patrum custodiam.*

## §. III.

*Vitiorum nostrorum correctionem. Et hæc exiguntur ad Communicantium preparationem.*

## S E R M O LVIII.

Sacratissima Evcharistia juxta verbum Domini Joannis 6. *Verè est cibus.* Proin, ut S. Albertus Magnus observat. *In hac manducatione tria erunt : appetitus, Masticatio, Delectatio ; Debe- mus enim.*

Joan. 6. Alb. Magn. ser. 18. de Evchar. D. Thom. opusc. 58. cap. 18.

## §. I.

*Spiritualiter esurire Christum.*

## §. II.

*Masticare magna discretione cogitationes discutiendo.*

## §. III.

*In eo delectari dulcedinem ejus eligendo.*

## S E R M O LIX.

Est Christus Evcharisticus medicus ille, teste David Psal. 102. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Quare, si cum in sacra communionem susceperis, induc eum in intimum mentis tuæ valetudinarium, & dic illi : *Domine, veni, & vide.*

Psal. 102. Rodrig. to. 1. tr. 8. c. 8. Joan. 11. Barz. lib.

## §. I.

Vide hanc voluntatem infirmam.

## §. II.

Vide hanc memoriam &c. Et ingemina identidem cum Psalmista : *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum.*

Psal. 6.

## S E R M O LX.

Iterum Lucæ 19. Christus ad Zachæum : *In domo tua, inquit, oportet me manere.* Ut ergo maneat, omnèsque Communionis sacræ fructus exerat, interioris hominis domus integra esse debet. quin dividatur, aut dissolvatur, idque juxta consilium melliflui Bernardi dicentis.

Luc. 19.

Bern. ser. 3. in dedic. Eccles.

## §. I.

*Sic sine errore ratio.*

## §. II.



§. II.

*Sit & voluntas sine iniquitate.*

§. III.

*Sit etiam memoria sine sorde. Bonum proinde parat habitaculum, cujus nec ratio decepta est, nec voluntas perversa, nec memoria fuerit inquinata.*

Qui ultra has plantas plures volet, apud solum P. Theophilum Raynaudum in ejus tomo 19. in indice Concionatorio, in festo Corporis Christi, inveniet una serie quadraginta octo. Et videatur porro ejus to. 1. 2. & 6.

In Joanne Mauburno præter eas, quas ipsemet inde huc adduxi, plurimas sanè inveniet, & valde pias.

In bibliotheca Blancoti in Festo corporis Christi & Dominica infra octavam in ingens copia est, & eligentem fatigabit.

Pari ratione in libro, qui dicitur *Tertullianus prædicans* tom. 2. Magna prostat multitudo cum signis & numeris suis.

Quin etiam omnes meditationes, quas Venerabilis Pater Don Antonius de Molina instructione sacerdotum pro præparatione ad celebrandam missam habet, valde aptæ erunt pro ideis formandorum sermonum.

Porro in Excitatore meo Christiano invenietur sermo 80. Cujus titulus :

*Lustratio spiritualis post pestem, &c.* Estque totus de SS. Evcharistia. In pluribus præterea sermonibus idem mysterium haud perfunctoriè tangitur : uti serm. 25. n. 20. & serm. 26. n. 17. contra Communionem sacrilegam. Item serm. 48. n. 33, ubi tractatur, quòd dignus frequentioris Communionis usus sit signum prædestinationis. In serm. 51. n. 20. probatur, quòd Communio non facilè sit prætermittenda. In serm. 56. n. 22. iterum agitur contra Communionem sacrilegam, quæ fit tacitò in confessione peccato. In serm. 62. n. 22. & serm. 80. n. 7. tractatur de communionis frequentia, & requisita dispositione, ut ea sit fructuosa. In serm. 70. n. 21. asseritur, quòd Deus soleat immittere multas calamitates propter malas Communiones.

Denique in Excitatoris Christiani quadragesimali tres sunt sermones de Mandato, qui facili, nullòque ferè labore ad sacratissimæ Evcharistiæ festa migrabunt. Quos dein alij duò sequuntur de institutione ineffabilis hujus Sacramenti. Ex omnibus ergo prudens orator ea eligat, quæ apta sibi visa fuerint ad promovendam Dei gloriam, & fructum animarum.

\* \* \*

